

612 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

accingit. Manum tuam misit ad fortia. Fortitudo & decor indumentum ejus. Denique, Os suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua ejus. Vatablus legit: Sapienter loquiur, & est gratiosa. Quia sacra Scriptura, (Lyræ verba sunt) docet sapientiam, desum descendenterem, quæ pudica est & modesta, suavis, bonis contentiens, plena misericordia, & fructibus bonis. Sic hostes triumphat, sic allicit, sic devincit animos, si orbi dominatur universo, Christi illum subiens ditionem.

SECTIO III.

Evangelicæ Christi Doctrinæ aurifera totus locupletatus Orbis.

Hugo.

2302 IN primis sic observat Hugo Carenfis ad Ecclesiastici verba, quæ ver-
sum. Quatuor flumina ex una fonte prode-
muntur assimilat Sapientia: nam sicut illa flumi-
na abundant aquis, gemmis, auro, ligno Aloes,
ita sapientia multa continet pretio/a responden-
tia illis. Signatum de fluvio Phitone seu Gan-
ge sacer teitatur Historicus, circuire totam
terram Evilath, ubi nascitur aurum optimum,
& gemmæ reperiuntur pretiose. Unde
de Sanctus Hieronymus Epistol. quartâ ad
Ruficum Monachum: Ganges, inquit, flu-
vius, quem Phison Sacra Scriptura commemo-
rat, qui circuit totam terram Evilath, & mul-
ta genera pigmentorum de paradiſi dicitur fon-
te devenere; ubi nascitur carbunculus, & smaragdus,
& margarita candens, & uniones;
montesque aurei, &c. Huic ergo flumini
aurifero, gemmiferoque Doctrina Christi
assimilatur, ut quam sit ipsa aurifera & gem-
mifera, demonstretur. Christus enim exun-
datione suæ doctrinæ non solùm omnes Mundii
partes pervalit, & adquavit, sed & præ-
divites redidit spiritualium divitiarum copiā
exuberante.

S. Hieron.

*Quadrige
Ezechielis
ad rem E-
vangelicam
peditas.
Ezech. 1. 15.*

*P. rotas
aureas, &
gemmaes
volubiles de-
signatur E-
vangelica
doctrina in
splendorissima
locuple-
tans.
S. Greg.*

2303 Celebrem illam Ezechielis quadri-
gam ad rem Evangelicam arcane spectare,
multi jure arbitrantur. Expende quid de ro-
tis vertibilibus, quibus ferri currus videba-
tur, sacer observet Textus: Et aspectus ro-
tarum, & opus earum quasi visio maris; & una
similitudo ipsarum quauor; & apellus earum
& opera quasi sit rotæ in medio rotæ. Pro vi-
sione maris, LXX. & Chaldaeus legunt, quasi
species Tharsis, retentæ hac voce Hebraæ
significante non solum mare, sed lapidem
pretiosum, quem nonnulli Chrysolitum, alii
Hyacinthum, alii Crystallum, alii Carbunc-
lum, alii Beryllum, alii Topazium, alii gem-
mas alias pretiosas coloris marini, esse volunt.
Unde non male reor, quaternas illas rotas
apparuisse quasi fabricatas ex auro purissimo
& gemmarum varietate, quæ illis pretiosis
rebus essent similes, quæ aportari dicuntur
per mare ex India regionibus. Certe qui ro-
tas illas intuebatur, locupletissimum thesau-
rum, magnas opes, & pretiosam quæque se
videre putaret. At quid per rotas designa-
tum prædivites? Sanctus Gregorius, Ruper-
tus & Hugo Carenfis in caput primum Eze-
chielis, & Sanctus Hieronymus ibidem in
caput primum Ecclesiastes putant, Sacram
designari Scripturam: Quid rotæ (aī Grego-
rius) nisi sacram Scripturam signat; que
ex omni parte ad auditorum mentes volvitur,

& nullo erroris angelo à prædicationis sua via
retinetur? Quod latè prosequitur, & subdit:
Rota intra rotam est Testamentum novum in-
tra Testamentum vetus. Ecce tibi, unde ro-
tae apparent aureæ, & gemmeæ: doctrina
quippe Evangelicam portendebant, locu-
pletissimum in illa delitescitatem caelestium
rerum thesaurum, mare quoddam divitiarum
(un mar de riquezas.) in omnes Mundi oras
uberimè derivandum. Eapropter Sanctus S. Athanaf,
Anastasius inspiratas Litteras appellavit sa-
cros Dei thesauros. Epistola ad Episcopos
Ægypti; & libro de Virginitate nominat
pretiosos, & exquisitos uniores. Et Sanctus S. Chrysostomus.
Chrysostomus Homilia secunda in Iсаiam to-
mo primo. Satis est tantum aperuisse (factos
nempe libros) ut illico vias gemmarum
splendorem. Quid mirum? rotæ sunt, qua-
rum vel solus aspectus, seu species, est quasi
aspectus fulgentis auri, & multarum gem-
marum resplendentium.

2304 Et in instituto nostro, & datae Eze-
chielis rotis expositioni splendor concilia-
tur ex Proverbiorum capit. vigesimo quinto
v. undecimo. *Mala aurea in lectis argenteis*
verbū dictū in tempore suo. Ex Hebreo
multi legunt: *Verbū ordinatum super rotas*
sueas, seu in circumvolutione sua. De sacra R. Moyes:
Scriptura, & prædicationis Evangelica ver-
bo explicat Sanctus Beda; & favet pulcher-
rimè Rabbi Moyes, qui illa: *Mala aurea in*
lectis argenteis, sic effert: cum Scripturis cha-
racteres referentibus elaborationibus ex argen-
to. Quasi dicamus: Similis extat Evangelica
doctrina, verbo & scripto tradita, po-
mis aureis, seu aureis monilibus, in quibus
Scripturæ aliquot conspiciantur argenteis
characteribus artificiosè elaboratis. Tota au-
rea, tota argentea, tota gemmea est inspi-
rita Scriptura, Christiana Doctrina: ver-
bum dictum est super rotas suas, vel ut Ca-
jetanus legit: super rotas auri: ac si dic-
*tum hoc sit cum respectu ad rotas Ezechie-
lis ex auro, & gemmas fabricatas. Dum rotas*
prædicationis verbū, dum sermo Evan-
gelicus ad omnes mundi partes convolvit,
totus orbis locupletatur. Accipe Beda ef-
fatum. Sacra eloquia rectissime lectis compa-
rantur argenteis, quorum lectorum ornati
mala aurea superaddit quisquis eadem divi-
na eloquia & Spiritualibus plena sensibus &
mysteriis exponendo demonstrat.

2305 Recenset Deus apud Ezechiel Ezech. 16,
capitulo decimo sexto, v. decimo commu-
bia ornamenta, quibus ipse uti Sponsus
Sponsam Synagogam exquisitè donavit. Ve-
stivi te discoloribus, & calceavi te janthino,
& cincte te byssō, & indui te subtilibus, & dedi
armillas in manibus tuis, & torque circa
collum tuum, & dedi inaurem super os tuum,
& circulos auribus tuis, & coronam decoris
in capite tuo: & ornata es auro & argento.

Quæ hæc tam pretiosa dona, nuptialis ga-
za, & splendida monilia Ecclesiæ veteris de-
coramenta? Præclarè Rupertus libro tertio
de Victoria Verbi, capitulo vigesimo sex-
to arbitratur esse tot tamque divina myste-
ria in sacræ litteris sub litteræ cortice de-
litescitentia. Tantis divitiarum splendidis no-
minibus, quid nisi Sacramenta caelestia sub
illius sacra Scriptura grosso velamine Laten-
tia significari putamus? Benè hoc sit: illud
tamen opportunius ad rem nostram expendo,
Dedi.

Pars V. ad V. 35. 36. 37.

613

Dedi circulos auribus tuis. LXX. efferunt,
& rotulas super aures tuas. Aurum orna-
menta erant ex auro & gemmis elaborata
ad instar rotarum. Sanctus Hieronymus ibi
dictum hoc putat cum aliquo intuitu ad E-
zechiel rotas. Origenes autem per has ro-
tulas capit Hornilia sexta in Ezechiele, Le-
gis obedientiam; nec non divina eloquia, ex
quibus mens conciliarib[us] sibi veritas cognitio-
nem. Cernis quia ratione sacrae Scripturae
vocantur rotæ, rotuli, circuli? Aureæ ro-
tulae sunt pretiosa aurum monilia, quibus
olim Deus Synagogam condecoravit & locu-
pletavit. Sed ipsa diuina cervix & inci-
cumcisus cordibus & auribus, amissis vera or-
namenta aurum, Dei voces, ut loquitur
Terullianus in Scorpiano, capitulo tertio.
Repudiatur tanquam adultera procacissima,
sufficitur ejus loco Christiana Ecclesia uti
Sponsa charissima, pudica, fidelis in fines
secularium regnatura cum suo Sponso Je-
sus. Eripitur Synagogæ quoad Spiritum
pretiosam divinarum Scripturarum gaza, au-
rarium ornamenta aurea gemmeaque, trans-
uent ad orthodoxam Ecclesiam novo cum
Evangelii splendore & pretio. Dicam bre-
viter ex

2306 Canticor. primo, v. undecimo; Mu-
renulas aureas faciemus tibi vermiculatas ar-
gento. Pro murenulas, Hebraicè est ihorim,
a ihor, quod significat circuitum, revolutionem:
ornamenta aurum sunt ex auro, &
gemmis, & margaritis, murenæ pisci, qui
le flectit in orbem, persimilia. Putave-
rim eile circulos illos aureos, seu rotulas,
de quibus, proximè Ezechielius, & eadem
gaudere significacione. Unde pulchrè Gon-
falvus Cervantes in capitulo sexto sapien-
tiae Theoria duodecima & in capitulo octa-
vo Theoria quadragesima nona ex Anonymo
quodam, & Hebreis Hebraæ voces sic
verit: Volumina, libros, seu libellos aureos
faciemus tibi cum notis, punctis, manifesta-
tionibus, designationibus, seu impressionibus
argenteis. Quid pro inspirata Scriptura,
quid pro veteri, ac novo Testamento,
quid pro doctrina Evangelica luculentius?
Favet Chaldaea translatio rem capiens de
legis tabulis, Dei digito scriptis. Tunc di-
lumen est Moysi: Ascende ad firmamentum,
& dabo tibi duas tabulas lapideas excisas ex
sapphyro iheroni gloria mea, & splendididas si-
cuit aurum optimum, ordinatas per lineas
scriptas digito meo, in quibus scripta sunt
decem verba, quæ expurgata sunt magis quam
argentum. Hinc Ecclesiæ Patres non pau-
ci per has murenulas accipiunt Sacram Scripturam,
quæ Dei legem & Christi mysteria
continet, & evulgat. Sat erit unum
audire Magnum Gregorium. Murenæ pis-
cis est, qui caput veritatis in circulum, ad
cujus exemplar fit inauris, quæ murenæ
dicitur; quæ designatione prædicatio, quæ au-
ribus inhæret, & eas penetrat. Per murenulas
enim Sancta Scriptura intelligitur: quæ
benè, auro, & argento vermiculatae dicun-
tur, quia & sapientia sacra Scriptura ful-
get, & sonora prædicatione per universum
mundum auditur. Nihil igitur in sacra &
inspirata Doctrina non pretiosum; tota au-
rea est, tota gemmea; volumen aureum est
cum characteribus argenteis; connubiale do-
narium datum Ecclesiæ ad ornatum aurum.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

Murenula aureæ vermiculatae argento: vel ex vel punctis
Hebraeo & Graco, cum punctis argenti; ut unum divi-
stendatur, in Scripturis sacris vel punctum na scriptura
unum, totam vel apiculam, pretiosissimum coni et the-
selle. Et syllaba & apiculus unicus recondi-
tum habet thesaurum, ajebat S. Chrysost. Hom.
18. in Genesim.

2307 Consonat sibi Rex pacificus Cant. 5. 14,
cor. quinto, v. decimo quarto de corporati
Verbi manibus loquens. Manus ejus torna-
tile aureæ plena hyacinthi. Manus non ma-
lè hic pro operibus accipias. Sed quænam
opera Dei Isthaec? Dicam, si observes, pro Manus
tornatile Hebraicè esse guelilim, five guelile, re & gerba
id est, circuli, rotæ, à galal, id est, rotare, vol-
me sunt
A quo etiam megulla, id est, volumen, divina vo-
libellus. Unde non pauci efferunt: Manus ejus lumina om-
circuli, rotæ, volumina, seu libelli aurei pleni locupe-
thasis. R. Abenezra apud Genébrardum ex-
plificat appositi: Manus ejus orbes aurei, de qui-
bus in principio Ezechielis: porrò ad hanc vocem
hyacinthorum allusus idem Ezechiel: aspectus ro-
tarum, & opus earum in speciem hyacinthi. R. Salomon
vero Salomon apud eundem Genébrardum my-
sterium expendit luculentius, ita: Manus ejus,
tabulae, quas dextera sua dedit, quæque opus
manuum ejus sunt; orbes aurei. Significatur De-
calogus, qui tabulis continebatur, optabilior
auro, & obrizo copioso. Rabbi Joshua filius
Nebemias illas dixit prodigiosas, quod ad-
maninæ essent, & in terra volubiles. Dic
præterea possint orbes aurei, & quasi volumi-
na, quod bonum in hanc universitatem devol-
verint. Impleti hyacinthis: nam precepta tre-
centa & tredecim numero Decalogum im-
plent. Quid pro instituto nostro opportu-
nus? Sunt etenim divina volumina, sacri-
que libelli, rotæ aureæ gemmis variatae pre-
tiosis (quos præ se fert vox thasis) opus po-
litissimi artificis; Dei, inquam, manus & di-
gitis graphicè elaboratum, id est, Spiritus
sancti virtute, & instinctu, ut per Apostolos
predicationem ad omnem mundi plan-
gam tanquam rotæ citissime volverentur, ho-
minesque à Dei cognitione aliquoī diffi-
ciles caelestibus cumularent bonis pretio &
pulchritudine mirandis, auro, argento, & gem-
mis pretiosioribus.

2308 Canticor. primo, v. undecimo; Mu-
renulas aureas faciemus tibi vermiculatas ar-
gento. Pro murenulas, Hebraicè est ihorim,
a ihor, quod significat circuitum, revolutionem:
ornamenta aurum sunt ex auro, &
gemmis, & margaritis, murenæ pisci, qui
le flectit in orbem, persimilia. Putave-
rim eile circulos illos aureos, seu rotulas,
de quibus, proximè Ezechielius, & eadem
gaudere significacione. Unde pulchrè Gon-
falvus Cervantes in capitulo sexto sapien-
tiae Theoria duodecima & in capitulo octa-
vo Theoria quadragesima nona ex Anonymo
quodam, & Hebreis Hebraæ voces sic
verit: Volumina, libros, seu libellos aureos
faciemus tibi cum notis, punctis, manifesta-
tionibus, designationibus, seu impressionibus
argenteis. Quid pro inspirata Scriptura,
quid pro veteri, ac novo Testamento,
quid pro doctrina Evangelica luculentius?
Favet Chaldaea translatio rem capiens de
legis tabulis, Dei digito scriptis. Tunc di-
lumen est Moysi: Ascende ad firmamentum,
& dabo tibi duas tabulas lapideas excisas ex
sapphyro iheroni gloria mea, & splendididas si-
cuit aurum optimum, ordinatas per lineas
scriptas digito meo, in quibus scripta sunt
decem verba, quæ expurgata sunt magis quam
argentum. Hinc Ecclesiæ Patres non pau-
ci per has murenulas accipiunt Sacram Scripturam,
quæ Dei legem & Christi mysteria
continet, & evulgat. Sat erit unum
audire Magnum Gregorium. Murenæ pis-
cis est, qui caput veritatis in circulum, ad
cujus exemplar fit inauris, quæ murenæ
dicitur; quæ designatione prædicatio, quæ au-
ribus inhæret, & eas penetrat. Per murenulas
enim Sancta Scriptura intelligitur: quæ
benè, auro, & argento vermiculatae dicun-
tur, quia & sapientia sacra Scriptura ful-
get, & sonora prædicatione per universum
mundum auditur. Nihil igitur in sacra &
inspirata Doctrina non pretiosum; tota au-
rea est, tota gemmea; volumen aureum est
cum characteribus argenteis; connubiale do-
narium datum Ecclesiæ ad ornatum aurum.

2309 Huc spectant typicè quinque illa
flumina aquis exuberantia in qua-
tuor mundi partes effusis, quibus aridæ & in-
fœcundæ aliquoī regiones irrigantur & fœ-
cundantur. Equidem exundante Evangelicæ
Doctrinæ, felicior accidit inculta & ste-
rili Gentilitati innovatio. O quam lætam in
ea metamorphosis intruer! o quales agros
tricti, vini, & olei feracissimos! o qualiter,
quamque uberos justitiae & sanctitatis
fructus fert! Hoc illud est, quod Iſaias ait
prædicens Evangelicorum temporum felicita-
tem c. 35. 1. Lætabitur deserta & invia, & Iſai. 35. 1
exultabit solitudo, & florebit quasi liliū; ger-
minans germinabit, & exultabit lætabunda &
laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli
& Saron. LXX. legunt: Lætabitur desertum si-
tens.

F f f tiens.